

Leuit. 21. a. 1

Artic. 34.

Annotatio, Sacerdos non interfuit mortuorum exequiis. Pontifex non ingredia-
tur ad mortuū. Bibliis 1532. 1534. 1540. 1546.

Censura, Dát hæ annotationes ansam Lutheranis tollentibus funeralia, & alia quæ fiunt pro suffragiis mortuorum in Ecclesia: quāuis ceremoniale esset in veteri Lege, vt sacerdotes abessent funeribus mortuorum paucis exceptis.

Siquis locum inspiciat, hoc dici à Rabbinis animaduertet, Quauis cōtineat textus quod refert annotatio: nobis tamen molestum est referri. Prohibet Deus sacerdotes à mortuorum exequiis. ~~Itam~~ breuiter annoto. præberi ansam dicūt funeralibus tollendis. Dicit Solomon, Impios fugere nemine persequente, Prouer. 28. a. 1. Sed isti nemine molestiam præbente, tumultuose irruunt, & prælium ab otiosis & quiescētibus inferri clamitant. Nempe verè dictum est veteri prouerbio, Cæcum & surdū esse ventrem. Isti enim qui non tam pro Aris quàm pro Focis pugnant, simul ac de exequiis iniecta est mentio, ignem purgatorium, qui solus eorū cu-

I d